



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 4. Legati Gallici Romæ agunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XV.  
A. C. 1407.

*Labour.*  
c. 13. Ms.  
p. 258.

c. 17. Ms.  
p. 262.

## §. IV.

*Legati Gallici Romæ agunt.*

Patriarcham Alexandrinum, & comites ejus 5 Julii Romam delatos Leonardus Firmiensis Episcopus, Papæ Gregorii nepos, & Camerarius honorificocepit hospitio, ac postridie Papæ stitit. Oratores Benedicti jam Romæ præsentescum illis se sociabant, Gregorio instandi gratia, ut ex promisso suo Savonem pteret. Tandem die Jovis 21 Julii ad congregatos secum Gregorii Cardinales, Papa vester, ajebant, jam sexies rogatus a nobis, ut pactum Massiliense confirmaret, per tres hebdomades, quibus hæremus Romæ, responsum non dedit. Nunc igitur in præsentia Legatorum Galliæ vobis asseveramus, per Benedictum non stare, quo minus fiat pax Ecclesiæ: atque si Gregorius nobis reddere responsum velit; hodie reddat, oportet: nec enim diutius hic agemus.

Posteaquam Alexandrinus Patriarcha eadem affirmaverat; Cardinales Legatis omnibus ad longiorem inductis moram postridie legendam præbebant schedulam, qua Gregorius poscebat alium a Savone congressus locum; aut ut Benedicto pariter ac ipsi terrestre placeret iter; & castrorum Præfectus Bucicaltus rediret in Franciam. Cum utraque pars etiam quæ-

quædam alia proposuisset: denique Le<sup>sæcul. XV.</sup>  
gati Gallici Genuam adierunt: ubi Pa<sup>A. C. 1407.</sup>  
triarcha 22 Augusti Papæ Gregorio scri-  
psit, ut staret promissis, suadens, sed fru-  
stra. Deinde in S. Honorati insulam ve-  
nerunt; quo Benedictus se receperat ob  
pestem Massiliæ grassantem. Iterabat  
promissum eundi Savonem: at renuebat  
exarmare triremes suas, quas reservare  
semper ad securitatem volebat suam.

6. 20.

## §. V.

*Gregorius Senis, dein Lucæ commo-  
ratur.*

Interim Papa Gregorius 9 Augusti Roma  
prefectus Viterbum, cum tres ibi  
hebdomades egisset, ineunte Septembri  
cum sua Curia Senas transiit: ubi per re- <sup>Th. Niem.</sup>  
liquum manebat annum. Ludificandis<sup>1. 3. c. 19.</sup>  
inibi Cardinalibus suis dicebat se abitu-  
rum pontificatu, sed ea conditione, ut  
per vitam suam servaret omnia, quæ ha-  
buisset, antequam evasisset Papa, nempe  
titulum Patriarchæ Constantinopolitani,  
episcopatus Methonensem, Coronensem  
que in terris Venetis, ac prioratus cuius-  
dam administrationem. Præterea Ebo-  
racensem Angliæ archiepiscopatum pete-  
bat, qui falso credebatur vacuus.

6. 21.

Imminente priore die ad congressum  
destinato nempe festo S. Michaëlis Bene-

dictus

Q q 2